Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De III coronatis

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

quod cum quidam miles in lecto suo cum uxore
sua esset et luna valde lucens per rimas
intraret mirabatur quam ob rem homo rationalis
creatori suo non pareret cum eidem creatori
irrationales parerent. Et dum eundem
militem defuncto quodam qui sibi familiaris fuerat
detraheret subito ille qui fuerat mortuus in
thalamum intravit dicens: Amice
noli male suspicari de aliquo et condona
mihi si quid inter peccavi. Cumque de statu suo
interrogaret dixit: Variis penis affligor
precipue quia tale cimiterium violavi et in
quendam vulneravi et cappa sua expoli
avi. Que mihi superponitur et plus quam mon
te magis me premit. Rogavitque ut
orationes pro se fieri faceret. Cum autem ille quereret
dicens an vellet quod a tali vel a tali
sacerdote ipsas orationes faceret fieri. ille
ad hoc nichil respondens capite more renu
entis annuit. Deinde dixit si vellet
quod talis heremita pro se oraret. Cum ille
utinam pro me oraret. Quod cum se factu
rum promitteret ille ait: Ego dico tibi quod ab
hac die usque ad duos annos tu
morieris. Sicque ille disparuit et miles
vitam suam in melius mutavit et in domino obdor
mivit. Quod autem dictum est suffragia
facta per malos pro defunctis non posse intelligen
dum est non sunt opera sacramentalia ut est
celebratio misse quia a malo minister
violari non potest vel nisi ipse defunctus
vel aliquis eius amicus aliquibus et malis
aliquid dispensanda reliquisset quia tunc con
tinuo dispensare debet ne sicut aga
gat quod quandam contigisse legitur. Tan
les enim quidam ut ait Turpinus in
bello Karoli magni cum Mauris
pugnaturus rogavit cognatum
suum ut si in bello moreretur equum
suum venderet et pauperibus pretium da

ret. Quo mortuo cum equus sibi placeret
nimis eum sibi retinuit. Et post modicum
temporis defunctus quasi tamquam sol fulgens
apparuit dicens: Cognate bone per viii dies
me fecisti pati penas in purgatorio
propter equum cuius pretium ut dixeram pauperibus
non dedisti. Sed impune non feres. Hodie enim
ferunt animam tuam in infernum demones et ego
purgatus vado in regnum dei. Et ecce subi
to in aere auditus est clamor velud leo
num ursorum et luporum et ipsum de medio
abstulit.

Quatuor coronati fuerunt. Seve
Severianus Carpoforus et Vic
torinus. Qui iubente Dyocletiano
usque ad mortem ictibus plumbatarum cesi
sunt. Statutum fuit ut eorum memoria sub
nominibus aliorum quinque martirum scilicet Claudii
Castorii Symphoriani Nycostrati
et Simplicii recoleretur. Qui post du
os annos a martyrio predictorum pas
si sunt. Isti enim mirabiles cum omne sculptu
re arte haberent et Dyocletiano ydo
lum quoddam sculpere nollent nec sacrifi
care aliquatenus consentirent iussu ipsius Dy
ocletiani in loculos plumbeos vivi
missi sunt et sic in mare precipitati circa
annos domini cclxxxvii. Sub nominibus quo
rum v. statuit Melchiades papa de
quattuor honorari et quattuor coronatos
vocari antequam scilicet eorum nomina reperirentur.
Et licet postmodum nomina reperta fuerunt
usus tamen obtinuit ut quattuor coro
nati deinceps vocarentur.

Theodorus in urbe Marmanorum
sub Dyocletiano et Maximiano
martirium passus est. Cum enim presides di
cerent quod sacrificaret et pristinam miliciam
reciperet, Respondit Theodorus: Ego
milito deo meo et filio eius ihesu christo.